

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Raphael Eglin

Compendiarium Apocalypseos S. Joannis Acroteleution, De Praesenti, Praeterito & Futuro Ecclesiae statu, Ad Inlytum S.P. Que Tigurinum, Vocis Cygneae Ergo Profectum

Marpurgi: Saurius, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746576099>

Druck Freier  Zugang



95-

52^b. 6.



Fa 1092 (95.)

Tomo hor. XLVII. . continentur.

1. Dicerni Icarus Academicus Norimb. 1643.
2. Aclamationes prepemptias Academie Genesia cum eo ea
descenderet idem Dicernur.
3. Orationes inaugurales Academie Liudunensis Batavorum.
4. Polyandi. Waldei. Anno: 1620.
5. Thysii.
6. Hommii.
7. Sinapis.
8. Ravii Pancoynica Orientalib[us] linguis Trajecti d[icitu]r. 1693.
9. Hier. Welleri Consilium de Scholis Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de codem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Hemsii. Homilia in Natalem Domini. lug. 1613.
13. — . In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpij de Virtutis liberis arbitriis go II. Cor III, 4. s. 1645.
15. Damhauen. Domini Glorie crucifixus. 1633.
16. — . De Melchisedecco e Gen. x Iv. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Pecati. 1639.
18. — . Analysis Capiti V ad Romanos. codem.
19. Arschaeur De istuc testib[us] in Terra. 16. VI. 8. 1635.
20. — . De Pecato originali. eod.
21. — . Synopsis Theol. Zachariae.
22. — . ad Hebr. XII, 8. 1643.
23. — . ad Act. VI, 27. 28. 1646.

1.	8.	3.
2.	9.	4.
3.	10.	5.
4.	11.	6.
5.	12.	7.
6.	13.	8.
7.	14.	9.
8.	15.	10.
9.	16.	11.
10.	17.	12.
11.	18.	13.
12.	19.	14.
13.	20.	15.
14.	21.	16.
15.	22.	17.
16.	23.	18.

24. D. Marentius de Ecclesia. 1608.
25. D. Hammenig de Persona Christi. 1645.
26. D. Cothamay de Predestinatione. Rostock. 1692.
27. —. Part II. —
28. Id. Croix de Orthodoxæ Fidei Dilectione Marp. 1619.
29. —. Vano per Europā Doctrinæ cum Script. S. conformitas.
30. —. De Apostoli nominis causis.
31. —. De Apostolita Ecclesiastū Evang. Doctrina.
32. —. De Catholicismo Eccl. Evangelice.
33. —. De Antiquitate Relig. Evangelice.
34. Gocklenii Theser Apologeticus contra Finniū. 1606.
35. —. De Analogia seu proportione.
36. Petelinus de S. Cœna Stenforti 1602.
37. Toffani Theser contra Evangelicos. ibid. 1605.
38. Ravenspergi Samson redivivus. ibid. 1614.
39. Heyderi Exerc quæstionum Thol. Marpurgi. 1611.
40. Eglini de Generaliis Christi. ibid. 1608.
41. —. De Fide justificante. ibid. 1617.
42. —. De Peccati in Spiritum S. cod. 44 B. Croix de Pa
43. —. De Predestinatione. ibid. 1619. Doctrinæ
44. Connug Vorshy de Idolatria Pontificiorum in cultu virtutum.
45. —. Fide Stenfort. 1608.
46. —. de Idolatria corundē multa sanctorum.
47. —. —. In cultu Imaginum.
48. —. —. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Proestri Soc. Ges. disputatio Paradisiaca
50. Conradi Vorstii Oratio Antlopetrica in
Pleno confessu dominum Hollandie et Westfalia ha-
bita. Raaet Marti. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.
Gesae. 1646.
52. — De Animæ Hum. Similitudine. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicarum. 1646.

A - A

16

35

30

A - C

20

40

A - B

A - B

35

P. 36

A. 00

A - C

A - B

A - D.

A - Z.

A - G.

A - B

40

128

72

A - D.

A - D.

19

16

32

A - G

A - B

A - C

A - B

A - C

P. 61

A - D

A - X

A - C

A - C

A - C

65

A - C

48

A - C

16

A - C

A - C

A - C

A - B

A - C

A - K

51

24

24

20

44.
0.
41.
2.

COMPENDIARIUM
APOCALYPSEOS S. JO-
ANNIS ACROTELEUTION,

D E

Præsenti, Præterito & Futuro Eccle-
sia statu,

AD INCLYTUM S.P.QUE
TIGURINUM, VOCIS CYGNEÆ
ERGO PROFECTUM,

IN ILLVSTRI ACADEMIA MARPVR-
gensi Hexametro-Jambico publicè recitatum,

A B

RAPHAEL EGLINO ICONIO, S. THEO-
LOGIÆ DOCTORE, ET PROFESSORE
Ordinario.

A P O C. XIX.

Testimonium Jesu est spiritus Prophetia.
C I O. I O. C X X I.



Marpurgi, Ex Officina Typographica Sauriana.

42. 51.
43. 49.
44. 40.
44. 49.
44. 40.



Magnificis, Nobilibus, Amplissimisq;
VIRIS,

DOMINIS COSS. PROCOSS.
QUÆSTORIB. ARCHIOECONOMO, POLI-
TARCHIS; Cæterisq; inclutæ Reipublicæ

TIGURINÆ,

HELVETIÆ METROPOLIS, SENATORIBUS GRA-
VISSIMIS: RELIGIONE, PRUDENTIA, JUSTITIAQUE,
necnon Fortitudine incomparabilibus, Dominis meis Benignis-
simis, Clementissimisque,

Hocce initi Anni

APOPHORETON PROPHETICUM

in humilima devotionis, perpetuæq; obediensie
Monimentum, transitebam Auctor,

RAPHAEL EGLINO. JONIUS,
Doctor & Professor Theologus Marpurgi,
Civis Tigurinus.

cic. Ic. CXXI.





3.
Apocalyps. I. 4.

GRATIA, PAXQUE, A QUI EST, ET ERAT·
VENTURUS ERITQUE,
A PATERE, FILIO, SACROQ. SPIRITU.

Rector MAGNIFICE: Illustris Comitumq;
Propages
A SOLMS, JOAN-CONRADE, PA-
TRIS æmule:

Tuq; Amplissime vir, Procancellarie VULTEI,
Vicem gerens nunc Principisq; & Cæsaris:

Vos Reverendi, Consulti, Medicaq; periti,
In Re: Professores, Magistriq; Artium,

O Academiæ clarissima lumina nostræ:
Ettu Juventutis corona Nobilis:

Vos ego compello. Functus de more Decani
Vice annuâ, quod insolens huc prodeo,
Condonate mihi. Nec enim temeraria res est,
Sed tempori ob causas datur gravissimas.

Cernitis ut toto flagret Mars impius orbe!
Sursum, deorsum cernitis ferri omnia!

Quem non sors moveat: Quem non fata aspera tangant?
Ecclesiæ quem non premat necessitas?

Libertatis amor, Patriæq; gementis imago
GERMANIÆ, quem non ad aras congreget?

Ah nimium causæ est, cur hæc intacta relinqu
Haud debeant, consideranda singulis!

A z Quæ

42. 51.

43. 49.

44. 70.

44. 71.

44. 72.

4 Compendiarium Apocalypseos

Quæ mihi, deposito officio jam, incumbere sensi

Tam grandiori, quam juventâ floridis:

Palma est in medio. Sed quod me vettere par est

Orationem? Advosne celsa lumina?

Parcite dicenti: TIGURINÆ poscit origo

Me Patriæ: concedite huic Apostrophen:

Nomine mutato narrantur at omnia vobis:

Omnès eodem navigamus in fredo.

Hinc igitur canere experiar, si copia detur

Novi explicanti fœderis Prophetiam:

QUÆ SINT, QUÆ FUERINT, QUÆ POST VENTURA
TRAHANTUR,

QUIS ORDO RERUM, QUIDVÆ TEMPUS PO-
STULET.

Vos animos æquos, auresq; advertite dictis,

Nostramq; vestra industriañ æquet Gratia.

URBS TIGURUM, caput Helvetiæ, mea patria tellus,

Quam triste fatum Ecclesiæ urget pias!

Quotquot in Europæ profitentur climate CHRISTUM,

Eumq; verâ puriter fide colunt!

1620.9. Jul. Hei mihi! inalpino manavit sanguine VALLIS-

TELLINA nuper, impio spectaculo!

Posthabitâ ætate, absq; omni discrimine sexus,

Cum parvulis lactantium, & prægnantium,

In medio cœtus, ipsa inter sacra necati

Cainico fuere parricidio!

O scelus! O nullis redimenda piacula piacis!

LUTETIANUM quale Cristicidium,

1572. Gallica cum toto rubuerunt lilia regno,

Innoxio cruento tincta martyrum,

Quando novo fulsit nocturnum sydere cœlum:

1567. In BELGIO quale & sub Albano Duce,

Tem-

S. Joannis Acroteleution.

5

Temporibusq; tuis Maria, ô crudelis Erynnis,

In A N G L I A! Nostri mali præfigia!

Omnibus hæc etenim ferrum, pestemq; famemq;

Minantur, æquo Mors pede ut nos impetat.

Namq; decennalis decima haudita sœvit olim

Gravissima inter persequutio Ethnicas:

Quam nunc dimidio, tribus inq; sequentibus annis,

Grassabitur vis Antichristica in pios:

Judicio Domini nunc incipiente, domumq;

Examinaturo suam primò omnium:

Ut quod divisisq; locis, & partibus antè

Gestum, redundet omnium nunc in caput

Catholicæ. Sed non desunt solamina sanctis,

Queis inferorum prævalebunt nec fores.

Namq; Tyrannorum velut olim fracta potestas,

Contritus ut Satan piorum est sub pedes,

Sub C O N S T A N T I N O M A G N O , quum prodij talibus

Equester, incinctus coronâ Regiâ,

Recluso primo, sub primo Animante, sigillo,

Victorioso arcum tenentis exitu,

(Est Apocalypsis veluti, testisq; Prophetæ,

Exceptione major omni, vox sacri)

Sic nunc, quarta licet ferroq; fameq; metenda,

Et Morte sit pars, bestijs terræ & feris:

Pallidus ut Sonipes Signaclo prodit aperto

Quarto, insidente Morte, & asseclâ truci.

Inferno (clamat animæ quo nomine cæsæ

Ob testimonium D E I , Signaculo

Sub quinto) Meretrix Babylonie nil tamen ultrâ.

Quibit: die sed horâ & unâ corruet.

Quum dicet: Vidua haud sum, sed Regina sedebô

Luctum videns nullum: illicet cremabitur.

Apoc. 6. 8.

Apoc. 2. 9.

Apoc. 11. 9.

1. Pet. 4. 17.

Matth. 16. 18.

Rom. 15. 20.

Apoc. V.

Apoc. 18. 7. 8.

A 3

Tunc

42. 50.

43. 49.

44. 70.

45. 71.

46. 72.

47. 73.

6 Compendiarium Apocalypseos

Apoc. 20. 5. Tunc facies Europæ renovabitur orbis,
Sub primam Anastasin renatorum fide:

Apoc. 11. 12. 12. Quando resurgentes caput inter nubila condent
Testes duo [pastor, docensq; Ecclesiam]
Post triste excidium, post mortes mille piorum,
Post umbilicum Martyrum præconij.

Dic, mea Mnemosyne, quæ sit tot causa dolorum,
Jam jam imminent qui perferendi Ecclesia?
Die age: quin etiam rem totam ex ordine pande,
Apostolorum ab ultima inde origine.

POST QUAM Res Solymi in cineres, atramq; ruinam
Vertere, paustum fœdus estq; Gentibus,
Floruit in toto Virgo castissima Mundo
Ecclesia: at mox pressa non levi est cruce.

Apoc. 3. 19. Namq; A siæ cœtus castigat, amatq; minoris,
Septem inter Agnus ambulans ellychnia.
Scilicet ut rutilum purgatur in ignibus aurum,
Sic est fides duro probanda tempore.

Apoc. 2. 10. Hinc sibi dilecta Smyrnæ: sensura dierum
Afflictionem [dixit] es decem; Satan

Ex vobis aliquos cum duro carcere claudet:
Decennij Tyrannici denos dies

Significans, quum cæde Satan grassatus in orbe
Idolatriâ Ethnicâ, & mendacio est.

Apoc. 2. 13. Tunc pius Antipas pro C H R I S T I nomine cœlus
Illîc, ubi est sedes Diaboli, & thronus.

Tunc enixa marem mulier, sub quinq; tyrannis,
Amicta Sole, cincta bissenis caput

Apoc. 12. Puniceis stellis, sub cuius compede Luna,
C H R I S T U M [piorum in cordibus] fuit: Draco
Ante puerperium quando stetit, utq; voraret
Mox masculum, compendij fecit nihil:

Sed

S. Joannis Acroteleution.

7

- Sed Draco dejectus, raptusq; ad sydera mas est,
Victoriâ partâ, Ethnicismo subruto.
Tunc status Imperij, facies mutataq; Mundi,
Bizantium migrante Româ Cæsare:
Emersitq; decem-cornis tunc bellua Ponti,
Cui tradidit sceptrum Draco, & potentiam.
Semine reliquias de fœmineo premit ut vi
Cum Bestia Satan: quoad ligatus est,
(Ne queat, extra orbem Imperij seducere Gentes,
Pessundaturus Barbaris Ecclesiam)
Bestiæ ad Agninae exortum è tellure bicornis,
Cornuq; parvulum decem inter cornua,
Illiç Hesperia in Magna: hîc Orientis ad oras:
Papistici Regni, Imperiū Turcici.
Cuncta charactere obsignans tunc Pseudopropheta
Se venditavit pro D E O, in templum D E I
Sexcentis sexaginta sex sedit ut annis,
Donec revelari W I C L E F I tempore
Cœpit, & in lucem Thaidis producta pudenda,
Innotuitq; orbi Antichristus Pontifex.
A C O N S T A N T I N I Magni ergò tempore, quando
Primum in latebras abdidit se Ecclesia,
(Bis centum, sexagintaq; & mille diebus,
Per tempus, & per tempora, & per temporis
Dimidium pascenda illiç) tum prodij acer
Sigillo aperto equester alter altero,
Cui datus est gladius magnus, cui tollere pacem
De terra, equo colore tincto Punico.
Heu tunc blasphemî obtinuit passim hæresis Arri!
Tunc Barbarorum persequitionibus
Omnia sunt sursum, sunt omnia versa deorsum!
Tunc (heu!) tubæ sunt Angelorum quatuor,

Apoc. 13. 1. 2.

Apoc. 12. 17.

Apoc. 20. 2. 3.

Dan. 7. 8. 20.

24.

Apoc. 13. 16.

2. Thess. 2. 4.

Apoc. 13. 18.

Apoc. 12. 6. 4.

Apoc. 11. 2. 3.

Dan. 7. 25. &

12. 7.

Apoc. 6. 3. 14.

Cum

Apoc. 8. 12.

1.

42. 50.

43. 49.

44. 70.

44. 71.

44. 72.

Cum clangore suo, completæ ex ordine quæq;

Sic est D E o visum ultiōnem infligere

2. Thes. 2. 10. Ingrato generi humano, mendacia amanti
11. 12. Prae veritate, & Antichristi fabulas

CHRISTI Evangelio præponenti! Heu scelus ingens!

Perennibus dignum tenebris heu nefas!

Quod nisi longanimis Dominus, nostriq; misertus,

Opem tulisset tunc, salutemq; actum erat.

Namq; Meretricis conclusa charagmate Magnæ,

Canisq; Turcici forent jugo, omnia.

Apoc. 6. 5. Tertius ergo Niger tunc demum prodit Equester,

6. 7. 8. Sigillo aperto tertio, statera cuī

Est data, dimensi pretium, vietusq; diurni,

Chœnica farra dividenti, & hordeum,

Illæsis oleo, & vino: post tristia fata,

Post servitutis Antichristicæ famem:

Quando Evangelii rursum lux redditæ Mundo

In Anglia refulxit, & Bohemia,

Donec in Helvetia, media & Germanide terra,

In Galliaq; Sol vigorem nactus est.

4. Reg. 7. Qualis Heliæ sub vate annona reclusa

1. 2. Uberrimè, supra fidem mortalium:

Talis, & uberior nobis est copia facta

Verbi D E I, vitæq; pœnitentiaz:

Triticum id est fidei, signant hæc hordea verbi

Credentibus tributa pabula omnibus.

Quin resipiscenteis vinum, & medicatur olivum;

Post saucijs inflicta mentis vulnera.

Quid nos? Chœnici bona pars insessitat, cheu!

Nec pœnitentiaz studemus seriaz!

Vox Evangelii sorbet plærisq; litamus

Baccho indies, & Cypridi: livoribus,

Invi-

S. Joannis Acroteleution.

9

Invidiâq; malâ passim sunt omnia plena,
Turpisq; Mammona occupat corda omnium:
Quisq; sibi sapit, & tollit super æthera cristas,
Præ seq; temnit cæteros, cùm sit cinis.
Deniq; Papicolis meliores non sumus: imò
Pœnos vel ipsos vincimus perjuriis.
Omnia sunt fucata, & hypocrita sanctus habetur,
Ipsiq; Primores amârunt munera.
Furem si videoas, socium te furibus addis:
Versum est tuumq; Argentum inanem in scoriam:
Crescit amor lucri, quantum mortalis egestas:
Dilectio refixit: aucta iniquitas:
A capite ad calcem, supremo à vertice ad imam
Plantam pedis, sani est nihil, nîl integri!
Et dubitamus adhûc, quæ sit tot causa malorum,
Quot imminent jam perferenda Ecclesiis?
Quod magis, ô T I C U R U M , justo tibi nomine grator,
Quod restituto Disciplinæ vinculo,
In cinere, & sacco resipiscens, scandala tollis,
Integritati teq; vitæ mancipans,
Dispositis vespertinis per tempula Ministris,
Pastore sub B R E I T I N G E R O fidissimo,
Invigilas precibus, quibus est nîl sanctius, & nîl
Acceptius D E O , magisq; idoneum
Temporibus miseris: succedit Lectio Sacræ
Scripturæ, & Applicatio, & Psalmodia.
Crede mihi,, feret hæc aliquam tibi cura salutem;
Ecclesiæ cum visitabit undiq;
Jam cruce multiplici Dominus. Babylonia Circe
Vides, ut efferata tollat cornua!
Qua cum scortantur Reges, Regumq; M O N A R C H A E ,
Impuritatis illius mero ebrij,

Ez 4.1. 22. 23.

Apoc. 18. 3.

B Sub

10 Compendiarium Apocalypseos

Sub pallentis equi fremitum, quem tangimus ipsam
Mactationi destinatum temporis.

Articulum, spatio expleto, quo vinum & olivum
Lædi nequivit, cum virenti gramine.

Apoc. 9.4.5. Hei mihi! Quos dudum neq; Scorpio, nevè locusta,

Læsere (tantum qui D E I signo carent,

Haud mortis specie, sed morte nocentius omni.

Quod est, veneno, & verme conscientia,

Per menses quinos) nunc Rege Abaddone, nomen
Ementiente dulce J E S U, perdimur.

Nonnè vides quot jam scelerârint sanguine terras?

Quot insulas? quot territoria insedérint?

Apoc. 9.7.8.9. Forma Locustarum est similis, belloq; paratis

Equis: amarulentia est leonibus-

Os haud mitius: et si hominum sub imagine fallunt,

Virgunculis pares, capillis, infulâ,

Caudam, & aculeolum insinuantes Scorpij ad instar,

Thorace testi ferreo, ceu curruum

Edentes sonitus, furiantes pectora Regum,

Heu stelliones perditissimi omnium!

Quod nunquam miseri: speravimus ante ea: nunquam

In patriæ centro, in sinu Germaniæ,

Posse ratum fieri, factum jam cernimus esse,

Cum sempiterna ad posteros infamia.

Ergò Prophetarum finito deniq; cursu,

Post testimonij sacri præconium,

Bellua Abyssigena ambobus fera bella movebit,

Binoq; vincet veritatis Martyres,

Apoc. 11.7. Occidetq; simul: simul ipsa Ecclesia tota

A Bestia vincetur armis undiq;.

Apoc. 13.5. Namq; duo, & quadraginta sunt deniq; menses

Dati exerenda Bestiæ potentia;

Qui

S. Joannis Acroteleution.

II

Qui nunc ad finem properant, blasphemia abundans
Tergo Meretricem feret cum Bestia.

Apoc. 17. 5.

Ah mihi ne quisquam pacis nunc commoda jactet,
Securitatis pristinæ aut fiduciam!

Sunt alij mores: alia hæc sunt tempora: rerum
Conversio est, distantia ex Diametro.

Nonnè vides retrò in pejus nunc omnia ferri?
Cur ergò sit fides habenda Scorpis?

Nonnè Prophetarum in plateis prostrata jacebunt
Magnæ Urbis insepulta passim corpora?

*Apoc. II.
8. 9.*

Per tres, dimidiumq; dies (tot scilicet annos,
Quot sunt Prophetici dies) in Urbe, quæ
Spiritualiter Ægyptus. Sodoma estq; vocata?
Est C H R I S T U S (in suis) ubi affixus cruci?

Quin habitatores terræ tibi munera mittent
Læti, necatis veritatis testibus:

Apoc. 17. 10.

Ipsa insultabit Meretrix Babylonie cæsis,
Cruore Sanctorum, atq; Martyrum ebria.

Apoc. 17. 6.

Hei mihi! quām vereor, somno, vitijq; sepulti,
Ne simus æmuli sibi inclamantium

*Matth. II.
16. 17.*

Bis pueri puerorum! Quos neq; fistula dulcis
Ad saltitandum provocare jam potest:
Sed neq; lamentis ducti, neq; fletibus ullis,
Contritionem ex corde Joseph plangimus:

Donec Marranos ultrò labemur in hostes,
Nos perdituri, liberosq; & Patriam.

Matth. II.

Sed tu ne, Grex parve, time, quæ nomine C H R I S T I
Passurus es. Namq; est tibi visum dare

Luk. 12. 32.

Cœlicolum Patri Regnum, quod sanguine panxit
Suo Redemptor omnibus credentibus.

Apoc. 6. 11.

Nonnè vides Animæ, quæ sunt pro nomine J e s u
Cæsæ, induantur ut stolis carentibus?

B 2 Ut

1.

42. 50.

43. 49.

44. 70.

44. 80.

45. 10.

12 Compendiarium Apocalypseos

- Ut palmæ aptentur palmis, viæ tricia signa?
Apoc. 7. 9. 14. Quotquot dealbârunt in Agni sanguine
Vestimenta sua, afflitti pro nomine C H R I S T I,
Afflictione maximè illâ maximâ?
- Quin & judicium Sanctis, quos sœva bipennis
Percussit, esse traditum, & sedentibus
Cernimus esse thronospositos, qui mille per annos
Cum C H R I S T O Anastasi in priore Spiritus
Ecce triumphabunt! (nempe illos mille per annos,
Quibus ligatus liberabitur Satan)
- Tunc C H R I S T I Domini fient regna omnia Mundi,
Dan. 7. 22. 27. Qui conteret regna illa sceptro ferreo;
Apoc. 11. 15. Quod nunquam à Sanctis tolletur deniq; Regnum
& 19. 15. Dabit suis: terræ incolis frendentibus.
Psal. 2. 9. Tunc simul Arca D E I reserata videbitur esse,
Clangentis Angeli tubam sub septimi:
Apoc. 10. 7. 8. Quo prior, elatis geminis ad sydera palmis,
Dan. 12. 7. Juravit implendum esse tunc Mysterium,
Prædictum antiquis, Paulo attestante, Prophetis,
Conversione de Pôpli Judaici.
Propterea quadraginta signata quaterna.
Sunt millia Israelis ex duodecim
Stemmatibus, magna illa in turba, & cæde piorum,
Quos Agnus in Sione secum stans habet:
Qui quoconq; iérit C H R I S T U S, comitantur euntem,
Novumq; discunt illud Agni canticum:
Quas sibi reliquias Agnus servavit emendo,
Inventus est in ore quorum non dolus.
Hic videoas vitreum, mixtum ignibus, ad mare stanteis,
Laudes D E I qui personant testudine,
Primitæ Domino, puri à mulieribus (hoc est,
Pseudoprophetissis, malâq; Jesabel)

Par-

Partem in Anastasi habentes ô sancti atque beati

Prima! Sacerdotes D E I, Regesq; sunt!

Apoc. 20. 6.

Hæc est ecclæ Agni, sunt hæc sponsalia C H R I S T I,

Apoc. 19. 9.

Diem supremum in spiritu præeuntia,

Æternæ veluti certissima pignora vitæ;

Donec futurus omnia omnibus D E U S,

O mihi tam longæ maneant spatia ultima vitæ,

Et spiritus, quantum sat est laudes tuas

Dicere, C H R I S T E, ô sponsæ, exercituumq; J E H O V A,

Qui pandis hæc fidelibus mysteria!

Dan. 2. 21. 22.

At parte ex alia Meretricis talio justus,

Cum Bestiæ damnatione, cernitur.

Protasis hîc, & Epitasis, atq; Catastrophe pœnæ

Non simplicis, sed est trium notanda VÆ,

Apoc. 8. 13.

Quæ voce Angelicâ sunt intentata profanis,

Et impijs, C H R I S T U M q; persequentibus.

Apoc. 9. 3. 5. 6.

VÆ primum haud refero, quod morte nocentius ipsâ,

De verme conscientiæ sub Scorpiis,

Subq; Locustarum gtege, subq; Abaddone Rege,

Per quinq; menses, illo Abyssi filio,

Quæ mihi sunt memorata prius. Nam quæ mala sanctæ:

Ecclesiæ dedere, duplo fœnore,

Apoc. 18. 6.

Reddita percipient. Sublatis namq; Prophetis,

Postquam resuscitat erunt testes duo,

Apoc. 11. 13.

Illi ipso in puncto, decima Urbis portio magnæ:

Succusâ terræ concidet magno impetu:

Apoc. 11. 13.

Millia ubi septem sternentur: at expavefactis.

Hinc cæteris D E O daturis gloriam.

Apoc. 11. 13.

Non aliter (si magna licet, componere parvis,

Res fiat exemplo ut recenti notior)

Apoc. 11. 13.

Contigui V A L L I S T E L L I N A monte sepulti:

Sunt P L U R I E N S E S, nupero biennio.

1618. 25. Aug.

B. 3.

De-

42. 50.

43. 49.

44. 70.

44. 70.

44. 70.

14 Compendiarium Apocalypseos

Debuit hostileis nonne hic cohibere furores

Certissimus Dei ultionis prodromus?

Nam si finitimus Nemesis divina pepercit

Non Pluribus necem haud spirantibus:

Mancipiis Satanæ reliquis quid deniq; fieri?

Quorum manus calent recenti sanguine?

Sic vindicta Dei decimas exegit ab urbe

Magna: sed inter cæteros nūl proficit,

(Illam extra decimam partem) Babylonia quin jam

Furit Meretrice in fideles sævius,

Apoc. 17. 14. Conjungensq; decemcorni se Bestiæ Abyssi,

Adversus Agnum præliatur acrius.

Apoc. 19. 16. Sed vicit Dominus Dominorum, Rexq; Regentum,

19.

Decemq; cornis apprehensa est Bestia,

Cum Meretrice (puta, Papâ, illo Pseudoprophetâ)

Conjecti in ardens ambo sunt hi sulphure

Apoc. 19. 20. Stagnum Viventes. Etenim ipsa hæc cornua dena,

Vires suas quæ Bestiæ concesserant,

Apoc. 17. 12. 16. Horâ unâ accipient Regnum, indignataq; magno

Ferentur exosam in Meretricem impetu,

Quam solam & nudam reddent, carnesq; vorabunt

Nudatæ, & igne ejus perutent viscera.

Apoc. 9. 14. 15. Vincti etenim Euphratis solventur fluminis alveo

Tunc Angeli quaterni, & horum copiæ,

Anno, Mense, Die, quin Horâ cädere & unâ,

Partem impiorum sunt paratæ tertiam,

Apoc. 9. 16. 17. Ignibus, & fumo, fœtenti & sulphure, quarum

Bis millies centena censa millia.

Apoc. 14. 15. Arida tunc messimessa est: Vindemia plenis

18. 29. Calcatalabris, exeunte sanguine

Ad frænos equitum, stadia ad mille, atq; tricena

Bina, ultionis hostium haud indebitæ.

Tunc

S. Joannis Acroteleution.

15

Tunc Mercatores lugebunt moenia Magnæ
Urbis videntes dissipatæ incendium!
At reliqui nihil hoc meliores nomine facti,
A cultibus non destiterunt Dæmonum,
Nec simulachrorum; nec cædibus, atq; venenis,
Scortationibusq; furtis & suis.
Quapropter Phialæ, plenæ iræ cunctipotentis,
Septem Angelis sunt traditæ novissimæ,
Quæ sensim effusæ VÆ complevère secundum:
Instante mox VÆ tertio, quando prius
Eque Draconis, Bestiæ & ore, & Pseudoprophetæ,
Tres exeuntes spiritus, ranunculis
Consimiles Satanam solvendum prægredientur,
Ex omnibus Mundi excitantes angulis
Terrarum Dominos: siccatis fluminis undis.
Euphratis, ut Reges ab ortu transeant,
Prælia facturi sanctis. Tunc carcere clausus
Solvetur (annis mille completis) Satan,
Seducensq; orbem, & bellis feralibus implens,
GOG congregabit, & MAGOG, in quatuor
Cardinibus Mundi, cyclo qui castra piorum
(Ut multitudine opprimant) circumdabunt.
Tunc J U S T U S veniet J U D E X in nube serena,
Ut ultionem flammeo cum incendio
Hostibus infligat! Tunc mortem abolebit, & omnem
Absterget à suorum ocellis lachrymam:
Septimam ad effusam Phialam, sextumq; Sigillum,
Cum civitates diruentur Gentium.
Tunc nova sublimi descendet ab æthere, formâ
Quadrangulari, civitas J E R U S A L E M.

Apoc. 18. 11. 16.

Apoc. 9. 20.

Apoc. 15. 7.

Apoc. 11. 14.

Apoc. 16. 13.

14.

Apoc. 20. 3. 7.

Apoc. 20. 8.

Apoc. 20. 11.

14.

2. Thes. 1. 8.

Apoc. 7. 17. &

21. 4.

Apoc. 16. 17.

18.

Apoc. 6. 12.

14.

Apoc. 21. 2. 6.

Tunc

42. 50.

43. 49.

44. 70.

44. 70.

44. 70.

44. 70.

16 Compend. Apocal. S. Joan. Acrotel.

Apoc. 21. 2. 6. Tunc Agnus vivo recreabit pectora fonte
Fidelium; Cui L A U S, H O N O S, & G L O R I A.

Apoc. 22. 1. 7. HÆC intesonitus armorum, & classica belli,

In Patriæ observantiam, atq; Ecclesiæ,
Commemorare palam volui, fatalia cordi

Ut omnibus magis forent hæc tempora;
Sive superstes ero, seu me velit ille fuisse

Rex gloriæ, in cuius manu sunt omnia.

Is prece devotâ nobis adeundus, ut omne

Propulset à pomœriis nostris malum,
M A U R I T I O Hassiacæ defenso Principe gentis,

(In quem recumbit omnis inclinata Res)
Respiciensq; suos oculis, & fronte serenâ,

C A U L A M q; C U R I A M q; P R O T E G A T D E U S.

ETIAM VENI DOMINE JESU, AMEN.


D I X I.

c I o. I o. CXXI.

21. Januarii, ætatis meæ anno LXII.







IV.

cæ genus non est ars nec prudentia.

ut prolix simus, nulla flagitat necessitas; unico igrur; quicunq; habitus philosophicus non est practica virtia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Metaphysic habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit. et prudentia propria indoles, uti minorum ipsius, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc arti non competit definitio artis, illius genus ars esse ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Majoritatio generis competit speciei generi subjectæ, quia eò est corpus animatum sensu præditum. Minorone artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi-fficitivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men-theor. trans. diff. 1. th. 28. p. 10. quia habitus physica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habens habitus practici: Forsan species alicui competens illius speciei? quod ego non crediderim, omo sit & non animal: Hæc ille. Artem contem-m Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor. p. 20. proclaimamus στριγόζευλον. Nec juvat eum io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore juæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc. b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n. 0. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

e genus non est intelligentia.

usio non adeo sit apud Dd. Metaph. controver-sa brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta lideo non possit esse genns Metaphysicæ, quia siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic & constituere nequeat, quia præcisè Principia mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin-c. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-

A 3 jor